



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

24. Septembris. Vt rerum maximarum tractatio è voto fluat, vilissima præmittenda sunt opera, ut sic pro magnis ejus auxilium imploretur, qui humilibus dat gratiam. S. Ignat. apud Ribaden.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

24. Septembris.

*Ut rerum maximarum tractatio è vana  
fluat , vilissima præmittenda sunt opera,  
ut sic pro magnis ejus auxilium imple-  
retur , qui humilibus dat gratiam. S.  
Ignat. apud Ribaden.*

**U**T à parvis natura gressum promovet  
ad majora , sic etiam gratiæ à mini-  
mis ad sublimiores fit progressus. Ut nemo  
repentè maximus , ità nec rebus gerendis  
aptissimus est.

Sæpe decipimur , & in medio conatu  
succensus nos destituit, quia majora viribus  
audemus. In parvis danda priùs sunt ex-  
perimenta virtutis , quàm grandibus adji-  
ciatur animus , ne hic imperfecti operis  
author audiatur.

Qui recusat vilibus occupari , frustra  
gradum molitur ad majora; licèt enim his  
per trochleas, seu per saltum admoveatur,  
desperet successum , solis humilibus à  
Gratia præparatum.

Superbi omnium superborum patris  
tentatio est; appetere magna, inò summas  
ideo cum eodem labuntur ad infima, ju-  
sto Dei judicio, ut, qui volare voluerunt,  
etiam ambulare dediscant.

25. Sep